

Codice Diplomatico Longobardo I, 113

+ In Dei nomine. regnante domno nostro Aistolfo rege, anno regni eius quinto, per indictione septima, mense iulio; feliciter. Dum per iussionem domno excilentissimo Aistolf rege demandatum fuisset mihi Alpert duci seo et Uualprand episcopi uiganeum facere de res Auripert pictori cum curte domni regi, ita et factum [est]. [unde] duas cartulas uno tenure fuirunt conscriptas. et dum per preceptum ipsius domno nostro confermatu fieri deurent, requisuimus cartula illa quem de partis curtis regia de ipso uiganeum inn eclesia Sancti Martini data fuera; minime ea iungere potuimus, eo quod in exercinis domno nostro peruerat et dum hec dictum fuisset domno regi per Peredeus uir beatissimus episcopus, eo quod ipsa cartula minime inuenire potuisset, demandauet ipse oiissimo domno regi, alia tale cartula releuare per ipso notario qui ea antea scripserad, qualis ille erat quem de parte eclesie ad curtis regia emissat fuerad. Placuet adque conuinet inter eclesiam Sancti Martini nec non et curtes domni regi, et qualiter au ipso piissimo et ad Deo conserbato domno Aistolf rege est demandatum, ut cambium de curte ipsius Lucense in predicta eclesia Sancti Martini melioratum datum fieri deurent pro personas de germanis uel germanas Auripert pictori seo et homenis pertenentibus eorum uel res quem ad manum sua abuirunt, qui sunt pertenentes eclesie Sancti Martini. unde consentientem uir beatissimus Uualprand episcopus et au ipso ordinati fuirunt da parte eclesie ipsa commutationem faciendum Iordanni arcipresbitero, Rachipert arcidiaconus et Auduaci scario; et da parte curtis domni regi ab Alpert duce ordinati fuirunt ad ipsa res extimandum Teutpert scario, Teutprand filio quondam Teppuloni et Grasulus negudias. unde constat dedisset eclesia Sancti Martini: in primis, casa auitationis ipsius Auripert uel de germani eius una cum fundamenta sua hic infra ciuitate, et recipet in uiganei locum a curte domni regi casa cum fundamenta [sua hic] prope muro ciuitatis, ubi resedirunt Aumundulo et Siluolus, qui fuerunt epistolas deportantes; et pro terra quem abuirunt Auripert uel [de] germani eius ad area ubi ipse casella edificata est, recipet eclesia Sancti Martini terra in atpretiato, sub extimationem, intra clausura illa prope muro ciuitatis ubi ipse casella Aumunduli et Siluoli edificata est; et pro casa quem abuirunt in loco Lupelia et in Pumpiano prope eclesia Sancti Machari cum terries, uineis, oliuitis, uel omnia quantum in suprascriptas locas auire uisis fuirunt, recipet eclesia Sancti Martini casa Uuilluli et casa Gaipertuli et casa Filipert in loco a uocabulo Turre, cum fundamentas suas, terris, uineis, oliuitis, siluis, castaneitis, omnia et in omnibus ad ipsas suprascriptas casas pertenentes in integrum, excepto homenis de ipse case et fondamenta eorum hic infra ciuitate et terre eorum ultra fluuium Ausare, quem a curte domni regi est reserbatum, et de terre qui fuirunt de suprascripte case da Turre, qui sunt hic circa ciuitatem; recipet eclesia Sancti Martini per mensura pro terre qui fuerant Auripert uel de germani eius, in primis campo Fontanolas modiorum sex et sistariorum octo; pro campo ipsius Auripert uel de germani eius, loco qui dicitur ad Ausare, quod est modiorum sex, similiter recipet eclesia Sancti Martini duas petias de terra in loco Roncho: una, qui fuet Protestuli serbo domni regi, et illa alia ipsorum case pertenentem de Turrem, qui ad ipsi hominis auitaturis in Turre da Saxulo in uiganeum obuinet, qui sunt inter ambas petias sistariorum duas minus de quinque modiorum; propter duas petias de terra, qui fuerant Auripert uel de germani eius in ipso loco Rancho, quod sunt per mensura quattuor sistariorum minus de quinque modiorum, et de terre ipsorum homenis auitaturis in Turre, hic circa ciuitate, reserbatum est a curte domni regi terra scaffiliorum tris, qui est prope terra Saxuli; et pro uinea ipsius Auripert uel de germani eius ultra fluuium Ausare, qui est per mensura modiloco uno, et recipet eclesia Sancti Martini de ipsis suprascriptis hominis

de Turre, in ipso loco Turre, uinea prope eclesia Saucti Martini, alio modiloco, sub extimationem. et ipse edificia Auripert seo de germani eius in atpretiato fuirunt amplius ualentem soledus quatragenta, [et ipse] edificias quem curtes hic prope ciuitate dedet eclesie Sancti Martini, et qualiter placuet domno regi, ut ipse uiganium quem curtes regia dare amplius ualentem melioratus super ipsum cambium quem ad eclesia Sancti Martini reciperat, soledus quatragenta; et de ipsa terra quem dedet curte [regia] relictum fuet sistariorum quattuordecim tam pro ipsa meliorationem quam et pro ipsas fabricas que amplius fuet ualentem. omnia adimpliuet [curtis] domni regi eclesie Sancti Martini de fundamento et clausura illa ubi ipse casa ipsorum Aumunduli et Siluoli edificata est, cum pomis uel omnia ipsa clausura in integrum, except res mouile. de hominis uiro dedet eclesia Sancti Martini: Asprand, Catocciulo, Fosculo, Hemmulo clerico, Teulo, Mauriculo, Aurifia, Auriperga, Castaldu [..], P[...lo] et Aricondula; et recipet a curte domni regi: Mauripert, Baroncello, Bonari, Agiprand, Luciprand, Audipert et Magniperga, Ermitroda, Ciontula, Maurella et Asperta, Seipert, Teudipert, Hildipert clerico et Gaitroda. modo uiro qualiter ipse cambium ex utraque artis factum uel contraditum est, stauilitum diueant permanire, qualiter suprascripta commutatio acta est per Uualprand episcopus et Alpert duce. unde duas cartulas uno tenure conscriptas Radalpert notario scriuere commonuemus. Actum Luca, regnum et indictionem suprascripta; feliciter. Cartula ista releuata est per demandamandationem ipsius domno nostro Aistolf regi inn anno septimo, indictione nona, mense septembrio. + Ego Alpert dux in anc cartula cummutationis a me facta et a Uualprando episcopo, sicut supra legitur, propria manu mea suscripsi. + Ego Teutprand, qui in hanc cummutationem interfuit ad ipsas res extimandum, manus mea suscripsi. Signum + manus Alatei filio quondam Alais uiri deuoti testis. [+] Ego Teuderadu presbiter in ach cartula cumutationis facta a Gualprandu episcopus ed Alpertu duce propia manus mea me teste supcripsi. + Ego Filosofrosius presbiter in hanc cartula cummutationis facta a Gualprand episcopus et Alpert dux propia manus mea testis subscripsi. [+] Ego Gairipert i hanc cartula cummutationis facta ad Uualprand episcopus seo Alpert dux, sicut superius legitur, me teste supscripsi. + Ego Suintrualdus in banc cartula cummutationis facta a Uualprandus episcopus seo Alpertu dux, sicut superius legetur, me testes subscripsi. + Ego Radalpert, qui hanc cartula releuauit per demandamandationem ipsius domno nostro regi per dicto Alpert doci, et qualiter ipsius demandatio fuet, conplui et dedi.